

**Commentaria In Regulas Cancellariæ Apostolicæ: Sive In
Glossemata Alphonsi Sotto, Glossatoris nuncupati**

Chokier, Jean de

Coloniae Agrippinae, 1674

Reg. LVIII. de indulgentiis conceßis ad instar.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62377](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62377)

Argumenta in Reg. LVIII.

- L**icit in uno instrumento sit mentio alterius instrumenti, vel privilegij, tamen constare de illo.
- a.** Princeps tamen si alterius instrumenti vel privilegii mentionem in uno instrumento faciat, perinde erit ac si totum insereretur.
- b.** Papa in his quæ facti sunt decipi possit.
- c.** Ista Reg. non est de dandis.
- d.** Revocatio privilegio principali an revocatum ad instar.
- e.** Signatura habens aliquid pro expresso valet etiam si non specificetur.

Regula LVIII. Innocentij VIII.

quæ est LIII. PAULI V.

DE INDVLGENTIIS CONCESSIS AD INSTAR.

Item voluit quod litteræ non expediantur super indulgentias ad instar, nisi specificentur.

COMMENTARIA IO. A CHOKIER.

A Ista Regula dicit quod litteræ non expediantur ad aliarum Indulgenciarum nisi illæ specificetur, hoc dicit. Et ratio dubitandi est quia licet in uno instrumento vel in aliis documentis sit mentio alterius instrumenti, vel alterius privilegij, tamen debet constare de illo, per authen. si quis in aliquo documento cod. de eden, tamen quando Princeps facit mentionem alterius instrumenti, vel alterius privilegij, perinde erit ac si totum illud insereretur ibi, casus est in cap. si romanorum §. item si idem & ibi gloss. 19. distinctio. & sic valet de iure etiam si sit mentio in genere de illo, ut ibi. Ideo videbatur quod si Papa dicit: Concedimus tibi privilegium indulgentiarum protali Ecclesia ad instar alterius Ecclesia, tunc satis erat, litteræ non specificarentur. Tamen quia Papa in his quæ sunt facti quotidie decipi potest argument. cap. de Constitutio. in 6. mandat hic quod non debent litteræ expediri nisi specificentur. Camerata mēnē credo quod expediret per predicta iura, circa quæ sit glossa.

PRIVILEGIUM
REGULARIUM
CONVENTICAR
IN REGULAS
ANCILLARI
APOSTOLIC
EXPOSITI
C. III
8

glos. & quod ibi dicunt DD. circa hoc, scilicet quam idem facit talis littera faciens mentionem alterius privilegij &c : & an debet ostendi primum privilegium in dicto cap. contra morem & in cap. ut veterum 9. distinctio. & in cap. Abbate de verb. signif.

Et ista Regula non est danda : quia concernit expeditionem litterarum, & non annular. Ex ista Regula qua loquitur de Indulgencij, videtur esse contrarium in alijs privilegijs à contrario sensu, ut dicunt iura vulgaria. & facit ad hanc Regulam text. cum gloss. in fine capitu primi de fide instrument. & quod dicit Bald. in capitu primo de feudo guardiae in 1. col. o. qui allegat gloss. in dicto capite de fide instrument. In prærogativis ad instar satis est quod si ut mentio in genere per prædicta, & sic si hodie : tamen si revocentur principalia privilegia, an censeatur revocatum ad instar, dixi in Reg. x. & dixi quod sic, contra Bald. in 1. Privilegia C. de Sacrof. Eccles.

COMMENTARIA IO. A CHOKIER.

A Ista Regula) Vide ad hanc Reg. quæ scribit D. Navar. in tract. de Jubilæo & indulgen Notab 16 nu. 4.

B Nisi specificentur) Extra casum hujus Regulæ, & Regulæ xlv. & xxxvi. supra, valet semper signatura habens aliquid pro expreſſo, etiam si non spe. & citoſetur, litteræque desuper factæ ad instar valebunt per not. Baldi in leg. Si privilegia Codice, de Episcopis. & cleric. citati à Filii in cap. Nonnulli numero 7. de Reſcript.

Argumenta in Reg. l. ix.

INNOCENTII. VIII.

1. Episcopi in dedicatione Ecclesiærum | 2. Indulgenciarum quid operentur, & nu. 4.
solent dare 4. dies indulgentiarum. | 3. Hæc Regula non est danda.

Regu-